



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 105. Strigonii obsidio a Turcis soluta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. atque ea ex parte Budam liberaret
 A. C. 1604. Priusquam vero hic Purpuratus Pestum
 obsidere moliretur, Jagenreuterus Pesti Præfectus
 Tartarorum pro motu suo excurrentium conspectu
 territus vestigio urbem deserere constituit, sed
 lam tot insequentis hostilis exercitus viribus
 resistendo imparem caussatus igitur incensis
 aliquot domibus quinta Septembris cum validissimo
 præsidio per summam ignaviam Pestum egreditur,
 relictis in oppido belli tormentis unacum cetero
 armorum apparatu. Vix milliare progressus,
 quingentos obviam habuit Hungaros, quos
 Althemius Strigonii Præfectus unacum annona
 subsidio mittebat, qui urbem esse derelictam
 intelligentes cum Pestum præsidio rediere:
 quo compertum Wilhelmus Radislavius Hatvanam
 que incensis cuniculis evertit, ac perititer
 cum suis aufugit, Turcæ vero Budenses
 mox Pestum ingressi incendium restinguere
 conati sunt. Jagenreuterus autem interim
 Strigonium petens veniens in vincula coniectus est.

§. CV.

Strigonii obsidio a Turcis soluta.

Panon. Hist.
pag. 1.
Thuan. l. c.
Calmet hist.
Univerf.
l. 153.

Paulopost Turcæ ad locum, qui Tordiam
 nam inter & Papam interjacet, pervenerant,
 duas naves annona onustas quas

quas Strigonienses Hungari derelique- **Sæc. XVII.**
 rant, deprædati: die autem decima **A. C. 1604.**
 octava Septembris cum toto exercitu
 ex adversa Danubii parte castra meta-
 bantur, Strigonium obsessuri: verum
 continua tormentorum displisione Vice-
 gradum usque retrocedere coacti mon-
 tem, cui a Divo Thoma nomen, vallis
 aggeribusque muniebant, quo comperto
 Mathias Archidux cum Satellitio suo
 Regio mox accurrit, Basta vero, qui
 non ita pridem advenerat, validum ag-
 gerem hostili oppositum erigi jubet, ma-
 joremque agminis sui partem prope
 Rascianorum oppidum collocat, ne ho-
 stis ea ex parte irrumperere posset: Die
 vigesima secunda ejusdem Mensis Tur-
 cæ navium pontem tormentis disji-
 ciunt, nostrumque aggerem adoriun-
 tur, non sine magna utrinque cæde:
 nec tamen inde territi propugnaculum,
 quod paulo ante Mansfeldius Comes
 occupaverat, iterata irruptione, in-
 cassum tamen, invadunt. Aderat in
 tempore Sigefridus Collonitius cum
 mille Equitibus, suisque Heiduccis,
 quorum numero animati Catholici die
 vigesima octava ejusdem Mensis Turcas e
 suis fossis obsidionalibus deturbant, qui
 tamen periculi contemptu longius incau-
 tiusque abrepti cum ingenti clade re-
 pelluntur: hujus victoriæ fiducia exci-
 tati

Hist. Eccles. Tom. LIII.

H h

tati

Sæc. XVII. tati Turcæ rursus montem adoriuntur, A. C. 1604. sed quingentis suorum desideratis repulsi die nona Octobris propugnaculum invadunt, pari fato recedere coacti: detecto dein hostili cuniculo, ac detracti inde pulvere pyrio rursus de pace agere cæperunt, cum autem præ ceteris Strogonium sibi cedi peterent, spe sua frustrati supposito igne alium cuniculum accendunt, successu ipsis Turcis admodum exitiali. Demum die decima Octobris redintegrata verberatio, visque acriter in præfatum propugnaculum facta, sed rursus irritò conatu: cum igitur Christianorum fortitudinem frangere desperarent, sequenti die obfidem solverunt, Budam contendentes.

§. CVI.

Etruriæ Ducis conatus in Algerienses Terras.

Thuan. l. 131. Verno tempore forte quidam Navarchus natione Anglus ex Libia ad Liburni portum appulsus nuntiabat quod in Algeriæ ad Cæsaream Jelliam in opposita Africæ ora portu occupatis Turcarum naves defixis anchoris contempentes hærerent, secundiorem expectaturæ flatum: re comperta Ferdinandus Magnus Etruriæ Dux hæcè trirames comburendi consilium cepit, hæc